Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite CXL



cinus, chart. 302. *Sermo de monachis & Turture*, pag. 53.

27. Codex Vaticanus Græcus DCCXXIX. in fol. bombyc. chart. 179. mutilus in fine. *Sermones VI.* Ephræmi, inter quos est Sermo ille *de virtutibus & vitiis in Capita XXII.* divisus, & postremus inscribitur *de compunctione*, cujus octo tantum priores lineæ exstant.

28. Codex Vaticanus Græcus DCCXXX. in fol. bombyc. chart. 284. *Sermo de humilitate comparanda, Capita C.* initium, ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος.

29. Codex Vaticanus Græcus DCCXXXIII. in 4. chartaceus, chart. 361. *Sermo unus* pag. 213. & *Sententiæ duæ* pag. 310. 311.

30. Codex Vaticanus Græcus DCCLXXV. in 8. membranaceus. chart. 171. *Precatio* pag. 18.

31. Codex Vaticanus Græcus DCCLXXVIII. in 4. bombyc. chart. 588. *Precationes II.* pag. 43. & pag. 104.

32. Codex Vaticanus Græcus DCCXC. in 8. bombyc. chart. 277. *Fragmenta V.* a pag. 81. ad pag. 86. Item pag. 20. *Precatio*.

33. Codex Vaticanus Græcus DCCXCVII. in fol. majori, membranaceus, chart. 380. *Vita Abramii & Mariæ ejus neptis* a pag. 240.

34. Codex Vaticanus Græcus DCCC. in fol. bombyc. chart. 274. *Sermo de consummatione seculi & Antichristo*, pag. 53.

35. Codex Vaticanus Græcus DCCCXVIII. in fol. majori, membranaceus, chart. 322. *Vita S. Ephræm*, cujus initium, Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος.

36. Codex Vaticanus Græcus DCCCXX. in fol. majori, membranaceus, chart. 310. *Sermo de Transfiguratione Domini* pag. 96.

37. Codex Vaticanus Græcus DCCCLXVI. in fol. majori, membranaceus, chart. 935. *Sermo in cunctos Christi Martyres* pag. 6. In indice exstat titulus Sermonis *in vitam Abramii*; sed in volumine desideratur.

38. Codex Vaticanus Græcus MCXC. in fol. chartaceus, chart. 1387. Alexander Turianus Episcopus Sitientis & Hierapetrensis illum dono dedit Paulo V. Pontifici maximo, ut ex epistola codici præfixa. *Sermones II.* quorum primus *in Joseph* pag. 52., alter *de consummatione seculi & Antichristo* pag. 434. Item citatur *Ephræm in catena*, quæ incipit pag. 713. & desinit pag. 819. nimirum p. 806. 811. 813. 816. Demum *Precationes XIX.* a pag. 1117. ad pag. 1151.

39. Codex Vaticanus Græcus MCXCII. in 4. bombyc. chart. 233. *Sermones II.*, primus *de compunctione* pag. 46. alter *de secundo adventu & consummatione seculi*, pag. 106.

40. Codex Vaticanus Græcus MCCXVI. in fol. membranaceus, chart. 223. *Sermones IV. In secundum adventum* p. 32. *In Joseph* p. 109. *In Meretricem.* p. 126. *In Transfigurationem* p. 207.

41. Codex Vaticanus Græcus MCCLV. in fol. membran. chart. 132. *Sermo in Joseph* p. 75.

42. Codex Vaticanus Græcus MCCLIX. in fol. membran. chart. 164. *Sermo de cruce* pag. 141.

43. Codex Vaticanus Græcus MDXXIV. in fol. membranaceus, chart. 113., in fine mutilus, sed optimæ antiquitatis: qui una cum sequentibus Vaticanis pertinuit olim ad monasterium Cryptæ Ferratæ, ut liquet ex adnotatione omnibus fere codicibus apposita: τοῦτο τὸ βιβλίον ἦν τῆς μονῆς τῆς κρυπτοφερράτης, *Hic liber fuit monasterii Cryptæ Ferratæ*. Continet *Vitam S. Ephræm* ab anonymo scriptam, quæ incipit, γέγονέ τις pag. 98. necnon *XLII. Sermones* ejusdem quorum quintus, qui est *de Antichristo*, complectitur tres alios, quibus titulus, ἄλλο μέτρον, εἰς πρῶτον μέτρον, & ἄλλο μέτρον. Octavus, *Interrogationes & responsiones* V. quarum prima, *Quomodo blasphematur Deus*. Decimusquartus *de iis quæ post crucem fient*, *Interrogationes* VII. quarum prima, *Tunc omnis homo*. A decimo nono incipiunt *Paræneses L.*, quarum prima, *Gloria tibi Deus*: sunt autem hic XXV. tantum: nam codex in fine mutilus est. Demum a pag. 67. exstant postrema octo capita Sermonis *de virtutibus & vitiis*

44. Codex Vaticanus Græcus MCXCIX. in fol. membranaceus pervetustus, chart. 347. olim *Cryptæ Ferratæ*. Continet *Apophthegmata Patrum*, ut apud Coterium, & pag. 28. *narrationem de S. Ephræm Syro*.

45. Codex Vaticanus Græcus MDCVIII. in fol. membranaceus, olim *Cryptæ Ferratæ*. pag. 19. *Vita S. Ephræm*, Ἐφραὶμ ὁ θαυμάσιος: & p. 187. *Encomium in universos Christi martyres*.

46. Codex Vaticanus Græcus MDCX. in fol. bombyc. chart. 388. *Catena in Matthæum*, in qua nonnulla ex S. Ephræm afferuntur. olim *Cryptæ Ferratæ*.

47. Codex Vaticanus Græcus MDCXI. in fol. maximo, membranaceus pervetustus, olim *Cryptæ Ferratæ*. *Nicetæ Diaconi Catena in Lucam*: ubi inter Patres citatur *sanctus Ephræm*: chart. 320.

48. Codex Vaticanus Græcus MDCXXXIII. in fol. membranaceus perantiquus, chart. 357. olim *Cryptæ Ferratæ*. Pag. 81. *Encomium in S. Basilium magnum*. pag. 203. *de laudibus Sancti Joseph*. pag. 216. *in Meretricem*. pag. 278. *in cunctos Christi Martyres*.

49. Codex Vaticanus Græcus MDCXXXVI. in fol. maximo, membranaceus antiquus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 242. pag. 102. *in secundum adventum*, πᾶσα ἑορτή. pag. 107. *In eos, qui in Christo obdormierunt*. pag. 221. *in cunctos martyres*.

50. Codex Vaticanus Græcus MDCXLI. in fol. maximo, membranaceus antiquus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 379. Pag. 184. *in secundum adventum*, πᾶσα ἑορτή. pag. 284. *in Joseph*. pag. 297. *in Meretricem*. pag. 352. *in omnes martyres*. pag. 377. *in Transfigurationem Domini*.

51. Codex Vaticanus Græcus MDCXLII. in fol. max. membranaceus antiquus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 295. *Nicetæ Diaconi catena in Lucam*, in qua citatur *S. Ephræm*.

52. Codex Vaticanus Græcus MDCLII. in fol. max. membranaceus antiquus, chart. 132. olim *Cryptæ Ferratæ*. pag. 75. *in secundum adventum*, πῶς ἐγώ.

53. Codex Vaticanus Græcus MDCLVII. in fol. maximo, membranaceus antiquus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 245. *Catena Patrum*, inter quos citatur sanctus Ephræm, *in Genesim, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Josue, Judices, & Ruth*. Integra hæc Catena ex Regiæ Francorum Bibliothecæ codice transcripta habetur in Codice Vaticano num 1520. *Hæc adnotatio manu cl. viri Zacagnii*.

54. Codex Vaticanus Græcus MDCLXVIII. in fol. membranaceus, chart. 358. *Catena in Genesim*, in qua nonnulla ex Ephræmo adducuntur. Initio Codicis hæc adnotatio legitur. *Emptus ex libris Illustrissimi Lelii Ruini Episcopi Balneoregiensis*, 1622.

55. Codex Vaticanus Græcus MDCLXXI. in fol. membranaceus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 406. pag. 95. *Sermo S. Ephræm in Transfigurationem Domini*.

56. Codex Vaticanus Græcus MDCLXXIII. in fol. membranaceus antiquus, olim *Cryptæ Ferratæ*, chart. 332.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0184
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg